414.11

151

ANONYMI SICVLI
DE MVTILO NEOPHYTI TITVLO
EPISTOLA

In altera hac editione nonnullis e re nata animadverſionibus auctior, & caſtigatior.

LECTORI BENEVOLO

Nimirum hoc erat, amice Lector, quod Itali homines altero abhinc anno, ex quo Neophytus Catholicorum gregi ſe ſe impune immiſcuerat, & frugum inopia, & imbrium vi praeter morem obruerentur, atque ita in eorum perniciem univerſa de compacto conſpirarint, ut jam de Italorum fortunis conclamatum foret, niſi commodum ex Sicilia neſcio quis ſuperioribus diebus ab intimis commiſerationis ſenſibus laceſſitus huc praeceps adcurriſſet, ac Neophyti nomen e Chriſtianorum cenſu ultro deturbans, ruentem Italiam ſuis humeris ſuccollaſſet. Ex eo certe tempore ſoles melius nitent, & tanta annonae vilitas, ac rerum omnium copia nobis ex inſperato affulſit, quantam ne optare quidem audebamus. Iure igitur Neapolitani homines, quaſi ex miſeranda malorum colluvie emerſerint, compoſito ad hilaritatem vultu, de ſua ſecum felicitate placent, ultro citroque gratulantur, oſcula in orbem dividunt, Florentinis praeſertim Scriptoribus de tam laeto nuntio gratias ingentes habent; vix unum illud ex animo dolentes, quod ignoto Liberatori ſuos grati animi ſenſus coram ſignificare prohibeantur. In tantis itaque ſolidae laetitiae argumentis, meis concivibus pergratum me facturum duxi, ſi ponderoſam Anonymi Siculi Epiſtolam, unde tanta nobis facta eſt beatitatis acceſſio, publici heic juris faciendam curarem; adhaec & nonnullis animadverſionibus, quae inter legendum natae mihi ſunt, adſpergerem; quae animadverſiones cum ad illuſtrandum textum maxime pertinent, tum vero tantulae ſunt, ut ne currenti quidem moras injicere poſſint.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

Digitized by Google

Continuazione delle Novelle Letterarie, *Num.* 29. *Firenze* 19. *Luglio* 1771. *pag.* 453.

S I C I L I A (1)

ARticolo di Lettera pervenutaci non è molto da queſte parti concernente un Libretto ſtampato in Napoli *nell' anno ſcorſo*. 1770. (2) *di cui da noi fu allora dato ragguaglio alla col.* 345. *e ſeg.*

Nelle Notizie voſtre Letterarie dell' anno ſcorſo leggendo io le ſavie (3) oſſervazioni ſopra il Saſſo (4) di *Neofito* nella data di *Napoli*, per mio divertimento mi procurai cotal piccola fatica dell' Autore, ma non volli traſcorrere al di là (5) del θεοῖς καταχθονίοις, avendomi ributtato tante (6) note. Siccome io mi ſono ſollazzato (7) alle prime pagine, non ſo (8) ſe troverete voi lo ſteſſo diletto a legger queſto foglio; cominciamo, Io non iſcorgo Criſtianeſimo nella Lapide, ed eccone le ragioni. Non mi ſi recano eſempi d'Iſcrizioni ſacre, o Criſtiane (9), ove ſiano ſteſamente (10) poſte l' eſpreſſioni θεοῖς καταχθονίοις, ma uſa, e ſi vale di *diis* (11) *manibus* (12); ma la voce *ma*-*nes*

(1) Mirabar Siculos homines ita otio diffluere, ut meas etiam naenias curarent. Sed obortum animo ſcrupulum evulſit *Heſychius*, qui σικελίζειν ait eſſe ἀτυρεύεσθαι, καὶ πονηρεύεσθαι h. e. *alios laedere*, & *improbe agere*. Itaque non tam *Siculum*, quam σικελίζοντα eo ſub cortice deliteſcere opinor.

(2) Libellus quidem editus Neapoli fuit Idibus Ianuarii anni 1770. Anonymus vero medio tandem anno 1771. ſuam extudit Epiſtolam, ingenti ſane ac difficillimo conatu. Enimvero Lucinam parturienti Anonymo opem negaſſe ſuam perhibent.

(3) *Mutuum muli ſcabunt*, quod verum caritatis ſymbolum eſſe ajunt.

(4) Saxum majuſculo, quod vocant, ſigmate ſcriptum voluit, ut lectores moneret, heic proprium nomen eſſe. Atque alii quidem Neophyti affinem faciebant: ego vero ipſius Anonymi gentilem malim; nam is certe Saxeam originem ſuis in litteris ſatis arguit.

(5) Heic noſter Hercules pertaeſus laborum ſuas poſuit columnas: quidni? τὰ περὶ γαδείρων οὐ περατά.

(6) Ab numero, non ab levitate meas notas exploſit: laudo factum; nam de litterato ſaxo agebatur; hinc voluit animadverſiones etiam meas ad *breviloquentiae lapidariae* normam exigere. Nam *Rei Lapidariae Conſul*, niſi quid *lapideum* ſapiat, excludendum exiſtimat. O utinam, quemadmodum Paris ab Hectore Il. III. 57. ipſe etiam *Lapidea tunica* donari poſſet! Ergo quid ſtamus? *Vnde mihi lapides?*

(7) Ex animine tui ſententia, an excutiendi riſus cauſſa? Si primum, vereor, ut veritati lites; ſin alterum, vide in quantam conviciorum ſtruem te ultro conjeceris.

(8) In utramque aurem dormire jubeo; qui enim delicatulis hiſce cupediis non lactentur, *Boeotûm in craſſo juratem aëre natos*.

(9) Chriſtianas antiquitates vel nolens deſpumat: ex hoc enim loco ſcimus, non ſolos olim Fideles aut βιωτικοὺς fuiſſe, aut ἱερατικούς; ſed ipſos primaevae Eccleſiae lapides alios quidem *Sacros*, alios fuiſſe *Chriſtianos*. Indignor interim lapidum collectoribus, quod utroſque una ſemper in claſſe collocarint.

(10) A litterarum compendiis, ne forte ſub marmore aliquid doli ſubſideat, cavendum jubet. Hoc vero ab Romano jure eſt: nam, referente Iſidoro lib. 1. c. 22. *Has juris notas novitii Imperatores a codicibus legum abolendas ſanxerunt*, *quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant*.

(11) *Saxa*, & *Lapides* primis litteris majuſculis tanquam Magiſtratus majores in ſella Curuli ſupra procedere juſſit: hìc vero *diis*, quaſi judicibus pedaneis, minuſculum *d* aſſignavit. Hoc vere eſt Cenſorem agere, nimirum ſingulos pro merito ſuae claſſi addicere.

(12) Me miſerum, qui utramque formulam eſſe plane gemellam ſuſpicabar! Sed memet eo ex capite conſolor, quod in eodem errore praeſtantes ingenio & eruditione viri verſa-ti

Digitized by Google

nes è di nozione buona (13), all' oppoſto *καταχθόνιοι* è di triſta (14), onde non credo, che la pietà pura (15) di quei primi ſecoli voleſſe invocare, ed aver per ajuto l'anime infernali (16): e queſto baſterebbe (17) a dirla profana. Inoltre il *πρεσβυ* compendiato in vece di *πρεσβυτέρῳ* mi ſembra dura (18) licenza: del reſto perchè non ſi può intendere, che *Neofito* fu un *Legatus* (19),

A 2 officio

ti ſunt. *Lupus* pag. 105. ingentem laudat Chriſtianum lapidem e Coemeterio S. Hermetis cum ſollemnibus compendiis Θ. K. Idem habet *Gruterus* 896. 12. *Boldettus* pag. 462. *Marangon. Memor. dell' Anfit. Flavio* pag. 81. ac cetera de genere hoc. Binas etiam ineditas habebis in mea Diatriba: *De Uſu & Praeſt. Inſcript. in Re Eccl.* Nam de Θεῷ Κτίστῃ, aut Καλλίστῃ, quod nonnullis placuit, niſi teſtes ac tabulas produxerint, ridebimus catuli ore Gallicani.

(13) At vide, bone vir, *Manes*, ac *Deos Manes* inter ſe diſtare, quantum aera lupinis; quos dum nominant Chriſtiani, excuſandi quidem, non autem laudandi. Ita enim tui te Manes donent tonſore, ecquid tandem requiris, ut eos cum reliquis Ethnicae ſuperſtitionis Diis adſidere permittas? ἀποθέωσιν? At lex XII. Tabb. *Deorum Manium jura ſancta ſunto*; *hos*, *leto dato*, *Divos habento*. Anne aras? *ſtant Manibus arae;* quas alibi vocat *moeſtas*, & *Ovidius Sepulchrales*. Num Sacrificia? *Tac.* Ann. 3. *Victimas Diis Manibus ſtatuentes*. An Sacerdotes? *Macrob.* lib. 1. *Quo Diis Manibus ejus per Flaminem ſacrificaretur*. An ipſam adorationem? *Senec.* Ep. 86. *Haec tibi ſcribo, adoratis Manibus ejus*. An denique tributos aliis Diis titulos? *Gellius: Deos Manes ſanctos*. *Apul: Sanctos Manes*. *Quintil: Deos Manes Numina*: tum pleraque marmora: *Dis Manibus Sacrum;* atque apud *Fabrett.* p. 87. *Dis Manibus Fatorum Arbitris*. Et tamen indulgentiſſimus noſter Anonymus Deos Manes cum Chriſto, tanquam in Alexandri Larario, amice conquieſcere pro ſua benignitate patitur: laudo hominis de Religione, ſi Diis placet, τὸ ἀδιάφορον.

(14) Gravioribus, opinor, curis diſtentus non advertit Anonymus, θεῶν καταχθονίων invocationem in iis tantum Graecorum lapidibus occurrere, qui Romae, aut Romano more vivebant: nam Graecorum in Aſia degentium alia fuit ratio. Quis ergo adeo caecutiat, quin Romanorum *Deos Manes* cum ſuis θεοῖς καταχθονίοις RomanaGraeci oris marmora commutaſſe adfirmet? Ceterum *Feſtus* in voce *Manuos: Inferi Dii Manes: Fabrettus* pag. 86. *Dis Inferis Manibus*, *Dis Avernis Manibus*. At at, jam ſero intellexi, Siculus noſter ἐτυμολογεῖ: nam *Manes* a *manus*, h. e. *bonus*; χθόνιος vero *Euſtathio* eſt *ſubdolus* ac *fraudulentus*.

(15) Ego vero videbar eas petitiones meo in Commentario in anteceſſum eluſiſſe, & vel moroſiſſimis cauſſam probaſſe: altiore poſthac in ejus gratiam voce edicam. Non igitur primorum Fidelium impietati, ſed Neophytorum inſcitiae tribuendum, quod gentium phraſes conſuetudinis vitio temere aliquando uſurparint: quae quidem carcinomata, ut illa erat naſcentis Eccleſiae infantia, medica manu tractari oportuit, ac veluti blandiendo ſenſim ſine ſenſu recidi. Imo nec defuiſſe opinor, qui in titulorum veſtibulo Deos Manes de induſtria adſidere juberent, uti, profano illo in ſpeciem apparatu, praetereuntes Ethnici Chriſtianorum cineribus parcerent, ac ſecuri ultra abirent. *Quid? intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem?*

(16) Ceterum ea olim Hebraeis inſederat opinio, pias animas corporis compagibus extricatas adhuc ſub terra in ſinu Abrahae detineri: ac certe Chriſtum ipſum *ad inferos deſcendiſſe* ſcimus. Quid ergo Anonymo abſonum videtur, primitivos Fideles, eos praeſertim, qui ab Hebraeorum caſtris ad Chriſtianos confugerant, inſontes animas κατὰ χθονός in honore habuiſſe? Sed de hoc plura ad rem dicere temporis, ac notarum anguſtiae non patiuntur.

(17) Hoc vero *Pyrgopolinicen* redolet, triumphum agere ante victoriam.

(18) *Riſum teneatis amici?* qui pro πρεσβυ ἐν κωμῃ, ridicule in πρεσβει ἐν κουμῃ recudit, hoc eſt bina verba binis lubenter praegravat emendationibus, currente rota, tam faſtidientis palati exiit, ut duriuſculum ei videatur πρεσβυ pro πρεσβυτερῳ interpretari. At vero ſi *Marangonius* habet Act. S. Victorin. pag. 75. Αυρε pro Αυρελιῳ, *Murat.* 1940. 3. Επισκο, & Χωρεπισκο pro Επισκοπου, & Χωρεπισκοπου, idem 393. 7. υπατ pro υπατοις, *Reineſ.* XX. 364. υποδ pro υποδιακονου, ſive, ſi ita lubet, υποδεκτου. *Marangonius Delle coſe gentileſche &c.* pag. 459. Συμβ pro Συμβιῳ, *Boldettus* pag. 392. Ιουλ pro Ιουλιος, & pag. 547. Κριστιν pro Κριστινη, atque alii alia, *quam ſidera multa, cum tacet nox*, cur in meo unice πρεσβυ ei aqua haeſit? Ac ſi Latinos Presbyterorum lapides excutias, per compendia deſcriptos invenies ὅσα κόνις.

(19) At ſi Neophytum honeſta legatione auxeris, quid eſt, quod Epigraphes auctor, legati munere functum dicat, tum vero cujus legatus fuerit, lectores non moneat? Atqui id videbatur vel uno verbo marmori omnino conſignandum, ne ejus rei memoria effluceret.

Digitized by Google

officio troppo noto (20) a quella ſtagione ? nè ſi cura (21), che ſtia ſcritto *πρεσβυ* per *πρέσβει*, tal ſuono (22) di lettere era confuſo, e ſi vede anche cambiato l' ypſilon in jota (23) nel nome Νεοφύτῳ. Tale officio di Legato il defunto l' averà eſercitato in *Cuma* (24), perchè tanto è ſcrivere *κύμη*, quanto *κούμη* (25), due elementi molto ſcambiaticci (26). Ma acciocchè non ſi abbja timore della ſignificazione da me appoſta a queſto *πρεσβυ*, ecco un pronto eſempio di un Saſſo (27), che sò (28) trovarſi in *Napoli*, ove il *πρέσβυς* non può inter-

(20) Ea enim aetate multo quam antea frequentiores evaſerant legationes: ac tum, credo, Canes legatos miſere ad Iovem, ſicut & Ranae alium petentes regem.

(21) Ab ea enim labecula humaniſſimus homo nos lubenter abſolvit. At memini, quum blandi nobis darent cruſtula doctores, elementa vellemus ut diſcere prima, id ſemper auribus ad faſtidium inſuſurraſſe, uti in explicandis titulis eo uſque a ſcriptura violentas manus abſtineremus, quoad verborum ſententia aliunde extricari nullatenus poſſet; qui vero alia omnia faceret, ferulae manum ſupponere jubebant. At ſi ſponte currit ſententia, quin aliqua marmori inferatur vis, quid eſt, quod portentoſam illam marmoris ſollicitationem in tui gratiam, mi Sicule, admittamus?

(22) De Graecarum litterarum poteſtate, tanquam de ſymphoniis, ab ſonitu atque aurium vellicatione judicat Anonymus. Sunt enimvero qui naſo plus vident, quam oculis; ſunt qui digitis: noſter ceteris animantibus praeſtat ab auribus, ut eum vere *Auritum* dicere poſſis. Rem omnem hauſit, opinor, ab *Valerio Probo* apud *Gell.* lib. 13. c. 20. *Aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere: quod illa ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum.*

(23) Lapicidarum Collegium lacrymis ac maerore perditum, tuiſque obvolutum pedibus te enixe obteſtatur, Anonyme, ne collegam ſuum ab corrupta *Neophyti* orthographia ad Apollinis judicium rapias: nam univerſi ferme ejus aetatis quadratarii, inito inter ſe conſilio, de compacto conjurarunt, ut *Neophitum* pro *Neophyto* Latini juxta ac Graeci ſcriberent. Itaque etiam atque etiam orant (utinam exorent!), ut aetati potius, quam ſcalptoribus idipſum tribuas.

(24) At, quaeſo, num valetudo interceſſit, ut Neophytus ab Cumana legatione Tuſculum, ubi marmor effoſſum fuit, clementiori, opinor, aëre uſurus diverteret? An, exacto tandem legationis tempore, domum redierat? An lapis ipſe Cumis natus, mox facto per Italiam itinere, prope Tuſculum laſſus viarum reſtitit?

(25) Scalptorem ex Attico genere fuiſſe hinc intelligimus: nam hi ſolebant *ου* in *ω* vertere, ut *μενελεω* pro *μενελαου* dicerent: ac ſi forte in Aeolicum, aut Doricum marmorarium incidiſſent Cumani, *Neophytus* in Κωμῃ, aut Κημῃ legati vices obiſſet.

(26) Eo tempore Graecae vocales nondum a primaeva Naturae innocentia aberraverant: hinc omnia iis inter ſe communia erant. O aurea Saturni aetas!

(27) En iterum gentiles ſuos in ſcaenam producit: nimirum ab Saxis, quibus ſe digniſſimum cognoſcit, divelli neſcit.

(28) Hic locus invidis quibuſdam anſam praebuit, ut hanc Epiſtolam ex Cl. V. *Iacobi Martorellii* officina prodiiſſe adfirmarent, opinor, ut veterem, quae mecum cum illo amicitia eſt, labefactarent, aut certe friguſculum nos inter inducerent. Nam ajunt, eos verſus ſive Graecum textum, ſive Latinam verſionem ſpectes, ipſiſſimos eſſe, ſuis adhuc non purgatos ſordibus, quos undecimo abhinc anno in Sacello Ioviani Pontani eruderando repertos *Martorellius* vertit, reſtituitque, ceteris omnibus ejus aetatis viris ab ea interpretatione longe diſſidentibus: quî igitur poterat ab Sicilia homo in ipſas *Martorellii* variantes lectiones incidere, atque ipſiſſimis (uti de Ariſteae olim verſione accepimus) illius verbis commutare? Adhaec eam addubitationem (*così forſe va ſpiegato*) non quadrare, inquiunt, in Siculum aliena recitantem, ſed in eum potius, qui de rebus ſuis modeſte ſentit. Maximum vero huic conjecturae pondus inde accedere opinantur, quod Κωμην pro Κουμην *Martorellius* ipſe in Colonia Euboica, diſcerptis Stephano viſceribus, inducat. Sed & addunt integram Epiſtolam ſive ab ſtyli veneribus, ſive ab ſententiarum pondere, ſive denique ab ſupplendi emendandique felicitate Martorellianum adamuſſim ingenium redolere; praeſertim quod is ſolitus ſit obvium quemque non laceſſitus impetere, & ſub ementita aliorum perſona in ſcaenam prodire. Ei vero ſuſpicioni *Martorellium* ipſum ſermonem dediſſe obtendunt, quod, hiſce litteris Florentia huc adventantibus, tanquam filiis in patriam reducibus obviam proceſſit, lubenter excepit, cum ſuis [illegible]cis communica-

Digitized by Google

153

interpetrarſi altrimenti (29), e vien traſcritto anche dal *Grutero pag.* 1098. 8. ma con alcuni ſalli, e da altri.

Του πασης αρετης ειδημονα φωτα Φιλιππον
Πρεσβυν Ιαονιης εμπεραμον σοφιης
Αυσονιων υπατου πατερα κλυτον Αντιγονοιο
Θρεψε Μακηδονιη, δεξατο δ'Ειταλιη.

Quale epigramma così forſe va ſpiegato

Munere Legati functum (30) *virtute Philippum*
Omnigena, doctrina inclytum & Ionia,
Conſulis Auſoniae Antigoni haud ſine ſorte parentem
Nutrivit Macedo, nunc tenet Italia.

Vien portato anche da *Tillemont* Tom. IV. *pag.* 343. (31) e dice che *Filippo* fu Conſolo, quando è *Antigono*. Se dunque quì πρέσβυς vale *legatus* (32), perchè non potea eſſer anche in tal carica *Neofito?* e ſi vuol far Prete? e ſi vuol

nicavit, immo omnes voluit a furno lacuque redeuntes ſcire, ſummis ſemper plauſibus ubique excipiens. Denique conſpirare ajunt nuperas neſcio quas offenſiones: concoquere enim non potuiſſe, quod in Graecum marmor, hoc eſt in privatam, ut ipſe opinatur, ejus meſſem falcem immiſerim, ac veluti alieni horti caules fregerim. Ad ſummam ei rei convenire dictitant vetus, ac valde familiare illius cum Florentinis Ephemeridum Scriptoribus litterarum commercium, quos quidem rerum patientiſſimos, tanquam alienis nervis mobile lignum, quidquid in mentem ei venit, dicenda tacenda ad lubidinem ſcribere cogit. Hos, inquam, ſermones per urbem diſtulerunt malevoli. A quibus tamen, meo judicio, ſuo doctrinae penore, ac morum ſuavitate ſatis ſe tuetur *Martorellius*. Nam quis adeo caecutiat, ut Graeciſſimum hominem, in cujus ſuccum & ſanguinem, quanta quanta eſt, irrepſit Homeri anima, tam foede lapſum opinetur, quanta hîc Anonymus pueriliter peccat? Tum vero quae in his litteris exuberat ruſticitas, ea certe cum ſuaviſſimis *Martorellii* moribus adverſa fronte decertat: ecquis enim vel illiberalis joculus ab ejus ore unquam excidit? aut ipſa aliorum inſolentia gravius ei verbum extudit? quî igitur poterat noſter Laelius in ea conviciorum latifundia, mutato ingenio, excurrere? Maledicorum itaque latratus obturata aure pertranſiens, *Martorellium*, quem ſemper colui, poſthac loco parentis habebo; ac nullum mihi de manibus elabi locum patiar, quo meam erga illum voluntatem, atque exiſtimationem publice teſtatam faciam univerſis.

(29) Ex quo *Martorellii* verſio in vulgus prodiit, doctiſſimus, Graecarumque litterarum ſupra fidem callentiſſimus *Nicolaus Ignarra* ſignificationem *Legati* τοῦ πρεσβυ, malo omine inductam, feliciter ab eo Epigrammate averruncavit. Pudet, repetita crambe, heic lectores occidere; ſatis ſit vix illud huc corrivare, πρεσβυν quidem cum *jota* Graecis *Legatum* eſſe, πρεσβυν vero *Senem*, quod ille argumentis prorſus neceſſariis ex *Suida*, *Etymologo magno*, *Heſychio*, *Theophylacto*, atque aliis evicit. Mitto reliqua, quibus *Martorellium* ibi caſtigat.

(30) Auctor Coloniae Euboicae innumera ac validiſſima corraſiſſe argumenta teſtatur pro hac *Legati* notione; ea vero in aliud tempus differt: nempe *nondum matura erat, noluit acerbam ſumere*. Felicia interim tempora, quibus tantae reſervantur cupediae!

(31) In Eccleſiaene, an Auguſtorum Hiſtoria? *Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt*. Egregiam vero diligentiam! de tomo, ac pagina lectores monet; ipſum vero opus, quod magis intererat, miſſum facit.

(32) *Nego ſuppoſitum*. Vide quantum in Dialectica profecerim, qui totam tuam argutationem uno exſufflavi verbo.

Digitized by Google

vuol Criſtiano (33)? Sembra che quell' alpha in fine tragga a ſe l' omega, è ſarebbero ſegni certi (34) del Criſtianeſimo: ma perchè non apporre ἀνέθηκαν γόνεις, *poſuerunt parentes*, ovvero ἀνέθηκεν γυνὴ, υἱὸς, πατὴρ, μήτηρ κ. τ. λ. ſiccome terminano aſſaiſſime iſcrizioni? Ed ecco che non ci è neppure ombra di Pretiſmo, nè di noſtra religione. Mi aſtengo poi di notare i falli, perchè non è (35) del mio coſtume; per grazia d'eſempio l'Autore ſuppliſce προ μιας καλανδων, ma la voce μιας non mai (36) ſi vede colle Calende, o l'altre diviſioni del meſe, ma ſi debbe apporre πρωτης, come in Latino; oſſervò ΑΣ ΚΑΛ, e preſto intruſe μιας ſenza conſiderare i numeri ordinali (37) uſarſi in tali occaſioni, non i cardinali, come ſanno tutti (38), onde dovea apporre δευτερας καλανδων, che ſolo (39) può entrarci. Permettetemi, che noti altra coſerella; e queſta è Latina (40): nella *pag.* 7. annotaz. 13. ci leggo un lungo (41) diſcorſo, e ſi trattiene l'Autore del Libretto in quelle note AVG. COL.

(33) *Presbyter*, & *Chriſtianus*. Creſcit oratio per κλίμακα nimirum, quam Latini *gradationem* dixerunt; per quam figuram rhetoricam primum in inferioribus conſiſtimus, deinde, quaſi per gradus quoſdam, ad ſublimiora extollimur. Num ergo in primitiva Chriſti Eccleſia primum Presbyteri inaugurarentur, tum poſtea Chriſtiani eſſe renuntiarentur? Minime gentium. Vnde autem adeo enorme παρόραμα repetemus? Procul dubio a vertigine, qua noſter Siculus haud raro ſolet laborare. Vertigine enim ingruente, ea, quae ſurſum ſunt, deorſum, & contra, ferri videntur.

(34) Quando in eo amice conjuramus, ut A & Ω certiſſimum praebeant Chriſtianitatis indicium, eo nunc ventum eſt, mi Sicule, ut Neophytum obtorto licet collo ſacris Chriſtianis initiatum agnoſcas. Nam ubi primum ejus inſcriptionis exemplar ab diligentiſſimo viro exſcriptum in meas incidit manus, antequam ei illuſtrandae accederem, datis pluries ad eum litteris, de ſingulis Epigraphes partibus, unde aliquantula derivari lux poſſet, in primis vero de ſubjecto A, in quo quidem haeſeram, non ſemel interrogavi; is vero ad marmoris fidem teſtatus eſt, litteram illam ita ab reliqua ſcriptione ſejungi, atque inſulam efficere, ut ne vola quidem aut veſtigium appliciti olim hinc inde ſcalpri deprehenderetur. Atqui ejus viri auctoritas ab ea eruditionis parte apud quoslibet valere plurimum debet. I nunc, ſi potes, & laterales alias ei litterae comites appone! aut Neophyto filium, uxorem, aut neſcio quos alios titulum poſuiſſe ad lubidinem refinge.

(35) Quod vero ab ea conſilii ratione nunc primum in his litteris deflexeris, in bonam partem accipimus: nimirum de Italorum capite agebatur; id ſcilicet unum tibi calamum excutere poterat, praeterea nihil.

(36) Hujus loci culpam omnem in typographum transfero: Graecae enim linguae profeſſor, qualis ab ovo uſque ad mala ſe prodit Anonymus, minutas haſce Grammaticorum quisquilias ignorare non poterat. Nam *Boldettus* in ſuis ad Coemeteria Obſervat. pag. 402. habet προ μιας ειδων Μαρτιων; idipſum *Muratorius* pag. 1855. 10. ac *Lupus ad S. Severae Epitaphium* pag. 64.

(37) Hic iterum typographo ſomnus irrepſit. Dii boni! quantas ſomniculoſus homo in breviuſculam epiſtolam comportavit ſordes. Nam certe doctiſſimum Siculum latere non poterat *Muratorius* pag. 1918. 9. προ επτα καλανδων Ιουλιων: refert & *Maringonius in Actis S. Victorini* pag. 74. His adde *Murat.* pag. 1952. 2. προ δεκα πεντε καλανδων Ιανουαριων, ut & apud *Marmora Sicilienſia* pag. 256. LVI. Ac ne ſolis lapidibus rem conficiam, *Plutarchus* in Rom. pag. 23. edit. Francofurt. an. 1620. jacta Romanae Vrbis fundamina ait τῃ προ ενδεκα καλανδων Μαϊων. Adhaec prima actio Synodi Chalcedonenſis celebrata dicitur τῃ προ οκτω ειδων Οκτωβριων; ut & actio Synodi Epheſinae προ δεκα καλανδων Ιουλιων: multo certe plura, ſi modo adniterer, deprehenſurus: ſed pudet in re ſatis certa auctoritatum plauſtra congerere.

(38) Vltro neſcire fateor.

(39) Imo quovis poſito pignore το δευτερας, vel ſi te ruperis, ne Herculeo quidem conatu illuc infarcies. Nam inter ΠΡ... &... AC ad marmoris fidem tres, aut ferme quatuor litteras lineae ſpatia admittunt. At ſi primas του Ο ΔΕΤΤΕΡΑC litteras ſedere pro imperio jubeas, age quo abierint reliquae?

(40) Hactenus Graecorum copias, nunc Latinas educit Aquilas; nam niſi phalanx, legio certe victrix evadet.

(41) Qui vel paginula brevior eſt, longum ſer-

COL. che ſono due volte nell' Iſcrizione che riporta, e ſe non fallo, era agevoliſſimo ſupplire *Hermes Auguſti collibertus* (42), e lo ſteſſo ſi può dire degli altri *Treptus*, *& Domitius Regulus Hipponicus*, *Hermes*, *Oneſimus Auguſti colliberti;* poteva uſar termini più civili (43) con l'eruditiſſimo *Reineſio*: e mi ſembra egli infelice *Davo* (44), ſe queſti non è ſtato felice *Edipo*: ſi ſa, che i liberti per ordinario avean nomi Greci (45), e tali ſono *Hermes*, *Treptus*, *Hipponicus*, *Oneſimus*. Io ſino a queſta nota ho letto, non avendo (46) ozio; ma ſe nelle prime pagine ci ſono tali coſe, conſiderate, ſe io aveſſi ſcorſa tutta l'operetta, quello che vi averei (47) trovato. Anche nella Dedica alla Regina vi ſono due curioſe coſe ec. (48) ec.

ſermonem dicit: hoc enimvero amicorum eſt, quae parvula ſunt, magni facere.

(42) *Σίκελος ὀμφακίζεται*. Nam ita tuus te bene amet Homerus, quid ſibi vult *Auguſti Collibertus?* Anne Hermetem eamdem cum Auguſto libertatem adeptum obtendes? certe vel uno hoc nomine marmor quovis pretio contra carum evadet: nam abſque eo eſſet, is non accederet Auguſti familiae egregius honos, ut eum ſervum olim fuiſſe ſciremus. Verum, ſat intelligo, ab Auguſto potius libertate donatum Hermetem opinaris: at nonne *Auguſti libertum* dici oportuiſſet? Quid enim Latinis auribus magis abſonum, ut ejus, a quo libertatem acceperit, *collibertus* dicatur? Sed cum in Colonia Vlpia Trajana poſitum ſit marmor, & Decurionalibus ornamentis auctus occurrat Hermes; nonne vero eſt multo ſimilius *Auguſtalem Coloniae* fuiſſe, quam *Auguſti Collibertum?* Quid plura? Tuus ille *Reineſius* ea in re mecum amice conſpirat. Quod ſi *Davos* traducis, qui ab Reineſii ſententia longe abſunt, vide, ne tuo te jugules gladio, Anonyme.

(43) Aliud heic mihi ſponte naſcitur argumentum, Epiſtolam hanc Martorelliani peculii non eſſe: nam is frequentiſſime in ſuis Calamariis Annalibus Reineſium *omnia turbare*, ait, *omnia miſcere*, *non bene concoquere*, *confundere*, *a vero abludere*, *ſat importuna docere*, *nugas venditare*, aliiſque hujus generis conviciis inciviliter accipit.

(44) Tu vero Oedypuſne, an Davus? lectorum judicio lubenter acquieſco.

(45) Elegantiores antiquitatis bolos poſtrema in Epiſtola reſervarat, ut ita delinitos dimitteret lectores.

(46) Imo otio abundas, qui quoslibet obvios non laceſſitus impetis.

(47) Atque is ab obtrectando ſuopte ingenio ſemper abhorruit: niſi forte ipſam contumeliarum ſtruem ſuo in ore, quaſi ad incudem refingi exiſtimet, atque officioſas continuo laudes evadere.

(48) Solent nimirum Hiſtorici, & Geographi, uti notat Plutarchus in Theſei vita, ubi nihil praeterea habent dicere, ſolent, inquam, ſubnectere, loca ulteriora eſſe fera, inhoſpita, inacceſſa. Nihilo ſecius commiſiſſe mihi videtur Siculus, qui cum nihil amplius mihi oggerere potuiſſet, illis litterarum compendiis *ec. ec.* alia ſibi profliganda ſuperfuiſſe ſignificavit. Isne animus, eane mens Siculo noſtro fuit? An potius ſuſpicabimur, ipſum Horatiano praecepto, *Nec pueros coram populo Medea trucidet* edoctum, ea, quae ſunt foediora & atrociora intus ſe agere voluiſſe? Hoc alterum mihi ſit veriſimile. Ergo quid adhuc ſtatis ſpectatores? poſtremam tragoediae partem poſt ſiparium intus conficiet. Itaque valete, & plaudite.

Neapoli ex Regio Ephebeo Kal. Septemb. 1771.

93 940

Digitized by Google

155

414, 12

Ai Signori Novelliſti di Firenze

GIORDANO LAPIDOTTI.

20. *Febbrajo* 1776.

BEnchè da qualchè tempo (per carità verſo il mio povero ſtomaco) non legga più i voſtri Fogli, tuttavia mi viene indicato uno di eſſi (*Num. 7. in dì 16. del cadente Meſe*), dove giace fra quinci, e linci, terricurvo, ed inſignificante un preteſo Ragguaglio del *nuovo Giornale Letterario di Siena*, e dove commemorate, di rimbalzo, una Inſcrizione, in lode del fu *Giano Planco*, ſpacciando, in due ſole parole, il voſtro (*ſi Diis placet*) magiſtrale oracolo, e pronunziando, dichiarando, e ſentenziando, ch'è una Inſcrizione *di cattivo guſto*. Veramente l'Inſcrizione ſuddetta, per incuria del Tipografo fu impreſſa in quel *Giornale* con qualchè errore di ſtampa, facilmente per altro emendabile. Quando vogliate a cio alludere, *San Giovanni* vi benedica, perchè io pure, come buon'Amico, e zelante per l'Autore dell'Inſcrizione, fui tanto ſcontento della ſuddetta incuria, che l'hò fatta riſtampare in foglio volante. Ma ſe poi l'oracolo prefato ſi eſtenda ulteriormente, e travalichi dalla ſtampa alla coſa ſtampata, in tal caſo fatemi grazia. Ancor io poſſo dire il mio roſſo, e voglio dirlo, con *Seneca* ripetendo, *& mihi Jus cenſendi eſt*. Or ſiccome, per i voſtri Fogli ſuddetti reſulta, e coſta ad evidenza, di qual *guſto* ſia chi dopo il gran *Lami* non teme comporgli, e pubblicargli, vale a dire di un *guſto* digiuno, ſpoſſato, e magro più dell'imminente Quareſima, in tutte le parti della Filologia, e nelle Scienze. Di un *guſto*, che qualifica troppo ſvantaggioſamente ſe ſteſſo, in ordine alla Lingua latina, e greca, le quali ſono le Lingue dei dotti, ed in conſeguenza non rieſcono maſticabili da chi non voglio nominare. Di un *guſto*, che non ſolo non ſa un'acca dell'Antiquaria, ma che ſul fare appunto degl'ignoranti, dai quali tutto ſi diſpregia, per la ſola ragione, che non lo ſanno, diceſi, che andar fece un di Voi ſteſſi, che più degli altri anſana a ſecco, per qualche Città, e Villa, e montarvi in bigoncia, declamando contro l'Antiquaria medeſima. Di un *guſto*, per cui il penſar forte, e maeſtoſo, il dir molto in poche, ma terſe, e luminoſe parole, i più ſublimi voli di regolata fantaſia, ad imitazione del *Poeta di Venoſa*, ed altrettali pregj rariſſimi, e commendevoli ſono Mercanzie proibite, e di contrabbando. Di un *guſto*, per cui, verbigrazia, averete ſognato, che le parole ARCVS · ET PONS, che ſtanno nell'Inſcrizione ſi riferiſcano a qualchè *Arco baleno*, ò al voſtro ſuburbano *Ponte alle moſſe*. Di un *guſto*, inſomma, tal quale i voſtri Fogli ſuddetti annunziano, provano, e dimoſtrano, ſettimanalmente, fra gli sbadigli, e gli cibò di tutta l'Italia culta, e perſpicace. O figuratevi quel che ne diranno gli Accoliti del Dottore *Smollet!* Dunque, che mai? Dunque

que

Digitized by Google

qüe l'Autore della Inſcrizione può e deve ſcuſarvi, e perdonarvi, da buon Criſtiano, ſe dal Tripode non Apollinèo, del certo, ma di *Giampagolo Lucardeſi* redivivo ſdrucciolò, benchè ſenza ombra di verità, e ſenza la minima prova (al voſtro ſolito), che quella Inſcrizione, la quale i *Giornaliſti di Siena* diſſero, eſſere *di un Letterato di prima sfera, e ch' è veramente il più bello, ed il più grande di tutti gli Elogj Letterarj*, ſiaſi una Inſcrizione *di cattivo guſto*. Mi permetterete ancora il ſignificarvi, che l'Autore (il quale conoſco, e ſo come penſa) non ha mai valutato, e non valuta, e non valuterà un zero le impertinenze figlie di albagìa vaniſſima, le perſonalità gratuite, ed imbecilli, ed i tratti di penna ſenza criterio, ed a ſghimbeſcio di tutti quei Pedanti diobolari, che ſono di certa farina ò cruſca, ò per dir meglio del *guſto voſtro*, che dar vorrebbe di naſo al *buon guſto*. Del voſtro *guſto*, che vorrebbe far rinculare il Secolo XVIII. fra i più barbari, e rozzi, onde (per eſempio) ſi componeſſero gli Elogj *in iſtile lapidario*, non già nei termini da me prelodati, nè per giunta con iſtudio, e poſſeſſo del *Grutero*, del *Reïneſio*, del *Fabretti*, del *Teſoro Muratoriano*, e di altrettali Collettori, ma come quelli, che ſi ſchiccherarono, *in diebus illis*, al Re *Luitprando*, ò ai *Principi Normandi*, ò agli *Arciveſcovi di Ravenna*, o come il Pataffio di *Margheritone d' Arezzo*, che incominciava,

Hic iacet ille bonus pictùrà Margheritonus,

ò come alcuni recentiſſimi, che ſembrano la *Leggenda di Mattabruna*, e dei quali ricamaſte nondimeno le voſtre Novelle, in aumento di tante altre Cipollate. Ma tornando all' Inſcrizione, che alle Signorìe voſtre parve *di cattivo guſto*, vi ſoggiungo, per ultimo, eſſer l'Autore della medeſima arciſoddiſfatto, e pago, che ſoltanto i veri eruditi, ed i veri dotti, cioè quelli, che non ſono del *guſto voſtro* giudichino in forma diametralmente oppoſta, verſo le Produzioni del proprio di Lui Talento, come appunto giudicarono dell' Inſcrizione precitata. La quale, ſcommetterei quattr' oncie di fichi ſecchi contro una dozzina di libbre dell' iſteſſo voſtro *guſto*, egregio, inimitabile, e che ognuno, che abbia fior di ſenno vi rilaſcierà tutto, e poi tutto, che diſtratti forſe da qualchè *Lunario*, *primo*, *ſecondo*, *e terzo*, da qualchè *Prefazione Samminiateſe*, da qualchè *Raccolta di Opuſcoli intereſſanti*, da qualchè *Calcolo di Naſcite*, ſapeſte poco leggere, e meno intendere.

Mi figuro, che al ricever della preſente arriccierete i baffi, ſputerete tondo, e pianterete forſe in Gazzetta qualchè impaſto di ſquaſimoddei, e di tratti in bilico, ricordando la gravità, la riſerbatezza, il ſangue freddo, e tutto quello, che vi può rieſcir di friggere, e marinare. Tal' è defatto il voſtro ammirabil ſiſtema. Or pettoruti, e baldi, e reputandovi

Il Deſpota di Quinto, e il gran Soldano

par, che tentiate inghiottire il Mondo, e le Trombe. Ed ora, quando uno vi ſcardazzi la polvere dal ſajo, come ve la ſcardazzarono, più volte, gli *Effemeridiſti Romani*, ò vi rada la barba, ſenza ſapone, come ve la raſero nell' *Antologìa*, pur di *Roma*, e nel *Giornale Piſano ec. ec. ec.*, eccovi ſmontar di tuono, e rien-

Digitized by Google

e rientrar dentro il guſcio, come la Teſtuggine. Ma fate pure, ò dite, ò ſcrivete quel che vi piace, anco colla prediletta fraſe di *Raguet*, ulterior conferma del *guſto* voſtro; che dopo avervi eſpoſto, amichevolmente, quanto ſopra, non vi replicherò mai più nulla, uniformandomi all' Inſegnamento del Savio, nei *Proverbj*, al *Cap.* XXVI. *Verſ.* 4.

Vero è, che qualora taccia io ſteſſo, non vi ringalluzzate; nò Signori miei. Parlerà qualchedun' altro, di me più sfaccendato, ed alacre, e vi leverà ſempre più la maſchera dal viſo. Capacitatevi, che l'onorato Meſtiere di *Novelliſta Letterario* non è per Voi. Capacitatevi non aver Voi nè i principj, nè i mezzi, nè il *guſto* da eſequirlo. Capacitatevi non aver Voi ſteſſi altro *guſto*, mezzi, e principj, ſenonchè da fare il Cecco-ſuda nell' Accademia dei *Calmucchi*. Smettete adunque, per lo meglio, d' imbrodolare quei voſtri Fogli periodici, ed arroſſitevi, una volta, d' intitolarvi borioſamente i ſucceſſori di quel Valentuomo,

Che ſe or foſſe, a grand' uopo, e vivo, e freſco,
Per D. che vi darebbe in ſulla teſta
Una qualche alabarda da tedeſco.

Vi ſerva di avviſo, tenetevi caro il voſtro *guſto*, e ſtate ſani.

Digitized by Google